

Johannes Klein

Programma Quo Suo Ac Incltyi Iuridici Ordinis Nomine, Ad Dissertationem Inauguralem Viri ... Dn. Henrici Makens ... De Iure Circa Margaritas Vulgo Von dem Perlen Recht ... Die 1. Octobr. MDCC. ... Invitat. Johannes Klein ... : [PP. Sub Sigillo Decanatusi 9. Sept, 1700.]

Rostochi[i]: Wepplingius, 1700

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74631745X>

Druck Freier  Zugang





816.
34

PROGRAMMA

QVO
SVO AC INCLYTI JURIDICI ORDINIS NOMINE,
AD

DISSERTATIONEM INAUGURALEM
VIRI PRÆNOBILIS ATq; DOCTISSIMI

DN. HENRICI *Meafens.*

HAMBURGENSIS
I. U. CANDIDATI DIGNISSIMI
DE

JURE CIRCA MARGARITAS

^{Vulgò}
Von dem Berlen Recht

PRO CONSEQVENDIS SUMMIS IN UTROq; JURE HONORIBUS
AC PRIVILEGIIS

DIE I. OCTOBR. MDCC.


BONO CUM DEO HABENDAM

MAGNIFICUM DN RECTOREM, UTRIVSq; REIP. NOBI-
LISSIMUM ATq; AMPLISSIMUM SENATUM, OMNESq; OMNIUM
ORDINUM CIVES ACADEMICOS AC LITTERATORUM FAU-
TORES OBSERVANTER AC OFFICIOSE INVITAT.

JOHANNES *Glein*

J. U. D. ET PANDECT. IN ALMA PATRIA DUC. PP. CONSIST. MECKL.
DIRECTOR, ET NUNC ETIAM A SERENISS. DUCE MECKL. REGENTE
CLEMENT. VOCATUS CONSIL. AULICUS, AC CANCELLARIÆ
JUSTITIE VICE DIRECTOR, ADq; h. a. FCTIS
JURID. PRO-DECANUS.

Rostochi, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

 Uncta inter juris Themata, quæ curiosiori hâc secu-
lô, feliciter exantlatis privatis examini-
bus, singula-
ri suæ industriæ, eximiusque ac elegantioribus in
Utroque jure profectibus publicè probandis, eli-
gere solent *Candidati*, illa mihi quidem jugiter
perplacuerunt, quæ raritate materia non minus, quàm in Fo-
ro utilitate, ac inprimis elaborationis elegantia se oppidò
commendant, per integrum juris latifundium diffusa.
Sicuti enim, qui *veritas & ubi vis obvias*, absque aliis *ad nauseam*
usq; expeditas, ad Disputationis *Inauguralis* incudem revocant
materias, se ultra vulgarem vix fortem sapere, certè parum
ingenii, nec plus iudicii se habere, exscribendi aliorum lucu-
brationes felicitate præ aliis gaudentes, probabili ut pluri-
mum prodere videntur argumentò; Ita ingenii connatos
contra ignes, ac multijugâ lectione præparati exercitatioq; ju-
dicii acumen infallibili probant hi documentò, qui in scenam
disputatoriam exasciatâ politurâ, ac congrua dispositione, ea
producunt, quæ à nemine hætenus prærepta, indeq; plagiisuf-
picione vacua, ex variis *JCtorum* monumentis haud vulgari
industriâ collecta, generales jurisprudentiæ regulas quoti-
diè noviter emergentibus casibus, optimò applicatas sistunt
iudiciò, obventurâ ex hâc Authori labore condignâ partæ in
Academiis rarioris suæ eruditionis laureolâ, publicòq; omni-
um calculò approbatoriò. Hunc tuò Tibi jure, *Vir Præ-No-*
bilis atq; Doctissime, Dn. HENRICE Macfens/ Juris Utriusq;
Candidate inter multos dignissime, certius polliceri poteris,
qui rariores tuas MARGARITAS, laudabili sollicitudine
ac indefessâ omninò operâ ex *utroq; jure* feliciter extricatas,
post laudabiliter superatum rigorosius examen, *Præmissis omni-*
um Disputatione Inaugurali concinnò exhibes ordine, ipsòmet
hâc eleganti monstraturus opere, Te, qui maturitatem fru-
ctuum studiorum tuorum exspectasti, gloriæ Tibi ducens,
diutius auditorum subsellia occupare, ut cum majori olim
laude in docentium fulgere possis cathedrâ, *Summis illis in U-*
troq; jure, ad quos non properasti, sed quos totò legitimò o-
pere

pereperfecto, & duobus demum lustris in Academis opti-
 me transactis, modestè jam tuò expetis meritò, omninò esse
 dignum *Honoribus*: Quò sicuti ego nomine propensissimò
 Tibi gratulor affectu, bonaq; fide adulationi nunquam ad-
 suctus, Te inter dignissimos, si quènvam alium, non indi-
 gnum (loqvar enim modestè) judico, cui munus, ubi, & quan-
 do Deo placuerit, concedatur, jura & publice & privatim
 cum insigni legum cupidæ pubis fructu profitendi, sententias
 ad acta ferendi, ac de jure cum laude respondendi; Ita, ut per-
 petuò benedictionis Divinæ argumenta experiaris, sine furo
 exoptans, ad alterum scriptionis præsentis palmarium argu-
 mentum, quod ex more antiquitus receptò ortum, institutio-
 nem, integros mores, ac eximiosq; elegantioresq; *Pra-Nobilis*
nostri Candidati in utroq; jure profectus, quos propriò Marte
 elaborata, & cum in eâ, quod emendarem, deprehenderim o-
 mnino nihil, à me sine omni stricturâ ipsi reddita, satis, vel
 metacente, loquitur *Inauguralis Dissertatio*, jam acce-
 do. *Primam* Is verò lucem aspexit *Hamburgi*, in celebra-
 rimò inferioris Saxonix, imò totius Imperii Romano Germanici
 Emporio, die XIV. Januarii, Anno seculi labentis
 supra millesimum sexcentessimum septuagesimò primò, Patre
 satus Virò Eximiò ac Spectatissimò Dn. NICOLAO Ma-
 tens / Cive ac Mercatore ejus loci integerrimò, Matre verò
 ANNA WEHLINGIA, Matronâ, sexus sui laudibus maxime
 conspicuâ, utrisque jam Coelitibus adscriptis. Hi, quàm diu
 superarunt, susceptum hoc novissimum Conjugalis amoris
 pignus, per sacrosanctum salutiferæ regenerationis lavacrû,
 in Christiani Orbis cœtum piè cooptatum, inter proprios pri-
 mùm parietes anxîâ & competenti ipsius infantix curâ pro-
 vidè educarunt, ad eamq; deinde sensim adolescentem æta-
 tem, quæ primis litterarum rudimentis ac disciplinarum
 fundamentis apta nascitur ponendis, eundem publicis pro-
 batisque Præceptoribus, linguis, artibus, litterisq; ingenuis
 formandum, instruendum ac perpoliendum commiserunt;
 Optimè enim exactis sub fidelissimâ priyatâ manu ductione

X 2

Dn.

Dn. DIETERICI SCHERTLINGII, Theologiæ tum Studi-
osi, jam verò Pastoris Ecclesiæ Parumensis in Ducatu hoc
Mecklenburgico vigilantissimi. eòq; ad hanc Ecclesiasticam
admotò functionem, Dn. DAVIDIS VOIGTII, Illustriss. Co-
mitum de Stolberg qvondam Ephori, multâ ex peregrinatio-
ne per varias feliciter expeditâ Europæ partes experientiâ
exculsi, primis pueritiæ annis, Scholæ Patriæ publicæ, inq;
illâ Primæ erudiendorum Classi ut insereretur, dignus tuit
judicatus. Ibi verò præeuntibus Viris Clarissimis Dn. JO-
HANNE SCHULTZIO, Rectore, hodienu adhuc super-
flite, & Dn. JOACHIMO HENNINGIO, ConRectore, jam
coelestia inhabitante tabernacula, tantos in humaniori litte-
raturâ fecit progressus, ut publicis declamatiunculis, tam in
solutâ, quam ligatâ oratione propriò Marte elaboratis, in-
signem suam industriam, & in græcâ etiam linguâ huic ætati
convenientem probare peritiam nullus reformidaret, more
inibi recepto ac solenni ad Gymnasii, qvòd Hamburgi floret,
penetralia jam transiturus: In qvòd benevolò receptus affe-
ctu à Professoribus, non minus eruditionis ac industriæ laude,
quàm nominis celebritate clarissimis, tanta discendi avidi-
tate ac proficiendi cupidine imprimis hausit præcepta le-
g tq; vestigia in Philosophiâ Practicâ ac Eloquentiâ Dn. VIN-
CENTII PLACCII, J. U. L. in Geometriæ & doctrinæ sphæ-
ricæ elementis Dn. HENRICI SIVERS, in Logicis ac Me-
taphysicis, Dn. JOHANNIS VAGETH in Physicis ac Poë-
si, Dn. DANIELIS BUTTHNERI, J. U. L. privatâ insu-
per in conficiendò cursu Philosophicò, in Historicis ac Oratori-
is fideli usus informatione Dn. DANIELIS HARTNACCI,
hodiè Gymnasii Cathedralis Schlevicensis Moderatoris me-
ritissimi, ut omni ab hinc liberali doctrinâ, cujus fulcris seve-
riora studia sustinentur, probè excultus, sicq; ad studia Aca-
demica jam sensim præparatus, Annò ætatis decimo nono s.
salut. Reparat. 1690. ad exteras Academies, inq; earum dele-
ctu Lipsiam, tanquam ad omnium liberalium artium Celeber-
rimam Officinam ac Nobilissimum litterarum ac scientiarum
Empo-

818.
Emporium mitteretur, falces Academicos ea tempestate feliciter moderante Dn. CHRISTOPHORO Psauß / Mathematicum Professore celeberrimo, cœtui Studioforum ibidem adscriptus. Ne autem hîc communi seculi nostri vitiô, illotis manibus Jurisprudentiam, cui se mancipaverat, accederet, in Hittoriâ, Philosophiâ Morali & Politicâ, sine quibus omne juris studium friget & inane est, Duces sibi elegit Dn. CHRISTIANUM GOTHOFREDUM FRANCKENSTEINIUM, Jctum & Scabinatus Elect. Lipsiens. Assessorum gravissimum, in Historiarum, præprimis recentiorum, monumentis versatissimum, tunc temporis in Recitationibus suis illustr. PUFFENDORFFI *introductionem Historiarum*, ac nostræ & superioris seculi Historiam magno cum applausu exponentem, simulq; occasione *Novellarum Relationum Ordinariarum*, multa notatu dignissima privatis prælectionibus studiosæ juventuti singulari dexteritate instillantem; Nec non Dn. OTTONEM MENKENIUM, SS. Theol. Licentiatum ac Moralium P.P. publicè ad JACOBI THOMASII Tabulas Philosophiæ Practicæ commentantem, junctô Magistrô SPENERO, Magni illius Theologi Filio, postea Mathem. ac Physic. Professore Hallensi, cui in Collegiô Physico- Experimentalis diligens auditor adhæsit. Hisce verò præmunitus necessariis studiorum subsidiis, totum se Jurisprudentiæ dedit, in eâ ad discendâ secutus Viros, ad illustrandam ac tradendam juris artem latera ac lacertos habentes: Quos inter in primis gratâ in acceptis fert mente prima juris elementa DN. JACOBO ARNOLDO RYSSELIO, quô prælucente, singulari attentione & non sine insigni fructu ac studiorum emolumentô; absolvit Collegium Institutionum Lectorio-Examinatorium junctô aliô Disputatoriô, Feudali, & ad Puffendorffii libellum, de Officiô Civis ac Hominis, Illustrisq; Kulpisii ad H. Grotii aureum Librum de Jure Belli ac Pacis lectoriô: Et secuti de præfati Dn. Rysselii intimiori in se affectu, ac oppidô proficiuâ, quâ ipsum dignatus est, conversatione, sibi impense gratulatur

X3

tur


ur Candidatus Noster, indeq̄ve Musis suis plus accessisse in-
crementi, quam ex ipsis ejusdem prælectionibus, gratò ore
fatetur, ita devinctissimâ in primis recolit memoriâ, quod hor-
tatu JS suo ipsi ansam præbuerit penetrandi ad benevolentiam
Famigeratissimi Viri, Dn. CHRISTIANI THOMASII, Halæ
jam tum commorati, & nunc ibidem Consilarii Brandebur-
gici & Acad: Fridér. Senioris, Juriumq; Professoris Ordinarii:
Cujus doctrinas in *Jurisprudencia Divinâ* traditas, eò, quod
cum iis, quæ à Ryffelio suo avidè hauserat, egregiè conspira-
rent, sedulò se legisse, siq; dubium quoddam in lectione sub-
ortum, excursionibus ad Amicos in visendos quandoq; Halam
versus institutis, id omne præviâ collatione, solidissimâ infor-
matione cum suâ humanitate ab *Excell. Thomasio* exemptum
esse, non in infima felicitatis suæ parte ponit. Neq; tamen so-
lius hujus sui in jure Doctoris *Ryffeli* adhæsit pluteis, sed &
parili proficiendi discendiq; aviditate, quæ, teste Julianò, o-
ptima est vivendi ratio, audivit Lipsiæ in Jure privato Dn.
LUDERUM MENKENIUM, Jctum, ac Supremæ Curiæ
Provincialis Lipsiensis Assessorem gravissimum, *B. Lauert*
Compendium, vel rectius latifundium juris connatâ ipsi do-
cendi facilitate eruditè interpretantem, ex cujus doctissimis
& privatis discursibus quò eò majora domi capere studiorum
incrementa posset, eundem sibi quoque Hospitem constituit.
Adjutus v. insuper privatis Dn. CHRISTOPHORI SCHREI-
TERI, J. U. D. in Struvii jurisprudentiam forenses Scho-
liis, inque jure *Publico* sub auspicio supra memorati Celeberrimi
Dn. FRANKENSTEINII, tunc, quâ pollet in hoc studiò,
eruditione, *Bæcleri Notitiam S. R. 7.* illustrantis, non contem-
nendâ studiorum auctus accessione, illud maximopere doluit,
quod in mediò illorum cursu constitutus, literis luctuosissimam
Charissimæ Genetricis mortem nunciantibus, suamque urgentibus
præsentiam Hamburgum, inibi rem curaturus domesticam, à tantis
Præceptoribus, ad quorum pedes lubens diutius sedisset, retraheretur
Ad Patrios igitur remeaturus Penates, Berolini partim potentissimi
Germaniæ Electoris Aulam lustraturus, partim etiam judicarium
Camera


Camera Electoralis Aulicæ Ordinem inibi observaturus, aliquan-
 tis per substitit, quibus ex votis confectis, jamque Patriæ suæ redditus,
 rebus inibi suis utcumque in ordinem redactis, Francofurtum ad O-
 deram, quam ad strenuè urgendam Lipsiæ optimè ceptam studio-
 rum telam, nunc sedem sibi elegerat, cum hastâ, quod ajunt, & scu-
 to abire parabat, cum propositum hocce suum potentior Supremi
 Numinis Voluntas ex imperato planè interpellaret. Scilicet admini-
 culante Amicò, de quò ante ne fando quidem ad aures acciderat, Lu-
 bece Viro Generoso, ac æternis in Remp. Lubecanæ meritis illustri,
 Dn. HIERONYMO à DORNE, Consuli ibidem hodiè Magnifico,
 Fautori ac Affini nostrò non unis nominibus æstumatissimo, in nos
 tuit, ab eoque Oculissimi ac Unici, per Paternarum Avitarumque
 virtutum vestigia ad Avitorum Paternorumque Honorum fastigia
 rariori exemplo æquis passibus contendenti, egregiæ indolis, ac ma-
 ximæ expectationis Filii sui studia moderaturus, Ephorus est con-
 stitutus: Quam spartam quantâ ornaverit fidelitate ac dexteritate,
 inde conjectu facile est, quod non duntaxat hanc stationem per in-
 tegrum Septennium retinuerit, eidemq; adhuc hodiè insistat, fidus
 Generoso Commilitoni suo in itinere, quod jam in Galliam medi-
 tantur, Comes futurus, sed imprimis, quod eodem HIC ipso cum tem-
 pore, vix plenam egressus pubertatem, rariori, eoque ipso laudabiliori
 exemplo, se Amplissimæ nostræ FCti stiterit in utroque jure exami-
 nandum, inque rigerosiori cum ipso susceptò tentamine singulares
 ingenii dotes, ipsam teneram ætatem longè antevertentis, tantò ex-
 hibuerit applausu, ut omnium dignissimus judicatus sit suffragiò, qui
 Solenni de *Impuni Inobedientia* nitide ac eruditè conscriptâ Disputa-
 tionè Summos se in jure meruisse Honores, publicè probaret. Illud
 verò inter felicitatis suæ partes meritò reponit *Noster*, quod in per-
 sonâ Consulis, (de cujus laudibus nil tam magnificè dici potest, quod
 ad meritum sublimitatem adsurgat,) monumentum in illustri po-
 situm intueri, imò, quod Omnium Virtutum atq; Perfectionum Hu-
 manarum complementum deprehendere sibi sit concessum, ex cu-
 jus eruditissimis ea hausit præceptis, quæ maximò ipsi olim ului sunt
 futura. Ab hoc vero (postquam Anno 1697. mediâ ætate in Holstati-
 am factâ excursione, potiores ipsius Urbes, *Slesvisum*, *Friederico Stad-
 um*, *Husenum*, *Rensburgum* & præcipuè Almam Musarum Matrem
Kilonium oculis usurpasset, tumque gubernaculis Academiæ præsi-
 dente DNO. PASCHIO, Moralium P. P. Civium Ordini associatus, ibi-
 dem Omnium Facultatum celeberrimos Professores compellasset)


com

in sua cura commisso Ao. 1697. ad nostras missus Aetheticas, quanta
animo contentione in virtutis semita per illud, quo hic commoratus
est, triennium, deambulaverit, notius est, quam ut meo egeat stylo
Evincit id morum illa suavitas, qua politiores quosvis in sui pellicere
amorem sufficit, quaque propensum in se affectum Celeberrimi FECH-
TII, SCHAPERI, (quo Duce in Physica experimentalis se multum
profecisse, gratore praedicat,) SCHOEPPERI aliorumque in hac
Alma Excellentissimorum Dnorum Professorum meruit. Evincunt
recti de Summo Numine conceptus, & reliqua vitae officia, quibus
tam publice, quam privatim ad virtutis ac prudentiae dictamen rite
fungitur. Evincunt hoc publici congressus, quibus Opponentis non
semel laudabiliter functus provincia, ingenii ignes ac rariorem eru-
ditionem publice probare, in primis vero, me Praeside, cum omnium
applausu defensa *Secunda Pandectarum Disputatio*, exhibens *Annotationes nostras Theoretico Practicas ad B. Lauterbachii juris compendium.*
Evincit id tandem incredibilis ipsius ardor & commendabilis assidui-
tas, qua me duce *universi juris*, tam *publici*, quam *Privati*, *Casarei*, *æqui ac*
Canonici, tam *feudalis*, quam *allodialis* spatium, juncta etiam in praxi
manuductione, a carceribus ad calcem expedito itinere felicissime
est emensus: Hinc fieri non potuit aliter, quam, ut, cum *Lectoriis*, *Exa-*
minatoriis, ac *Disputatoriis* optime praeparatus ac rite perpolitus
Collegiis, ea, qua est Modestia, mihi tum temporis *Decano*, nomen
inter *Candidatos* suum profiteretur, adque rigorosius examen, pro ea,
qua honestis cujuscunque desiderii assurgere parati sumus, in servi-
endi ac gratificandi promptitudine nostram, admissus, notam ex va-
riis jam nobis specimenibus eruditionem suam egregie comproba-
tam daret, unanimibus omnium Excellentissimorum Amplissimi
Ordinis Juridici Dnorum Assessorum suffragiis, magis mereri, quam
ambire summos in utroque jure Honores, & dignus omnino videretur,
cui facultas conscribendi inauguralem Disputationem pro im-
petrandis Doctoralibus privilegiis impertiretur: Cui de JURE CIR-
CA MARGARITAS publicitus habendae, cum *primus Mensis*
Octobris dies sit praefinitus, *Magnificum Dn. Rectorem*, *Utriusque Reip. No-*
bilissimum ac Amplissimum Senatuum, nec non *OO. Cives Literatos ac*
Litterarum Fautores, sua ut praesentia hunc inauguralis Disputationis
actum adauctiorem illustriorem reddere haud graventur, ea,
qua par est observantia, & humanitate officiose rogo at-
que in vobis.

PP. Sub Sigillo Decanatus 19. Sept. 1700.









IN SOCIET. GENT. & SOCIET. ARB
ministratio concessa, quamvis dissent, Merckelbac
1. conf. 13. n. 61. & inibi all.

§. 9.

Annumerari quoque potest in Germaniâ
riis publicis VII. Societas Clientelaris, quæ inter P
intercedit, & in Imperio admodum frequens est
Dn. Becman, in pol. par. c. 11. §. 4. Sicut autem hîc P
omnia illa jura concedenda sunt, sine quibus o
auxilio adjuvare non potest, quò etiam jus mi
quando jus apertura pertinet; Dn. Stryk. de ju
c. 1. n. 125. seqq. Dn. Fritsch. in Tr. de iure
seqq. Ita impunis est Clientum erga Protec
si vel etiam quò ad hæc jura pacto sibi prospexerint,
sales inter Protectorem & Clientes usitata, vid. i
vers. c. 7. vel justam non parendi causam habeant,
in se imperium quærere metuant, aut illius mil
oso veniant, ubi jus apertura licite denegabunt. v
jut c. 2. §. 18. Multo magis autem impune inobe
tector sub protectionis pretextu Superioritatem fi
res tribuere, & e. g. actus jurisdictionis exercere,
10. Qu. 2. vel Clientes, (ubi tamen casum summ
Dn. Wildvog. in Diss. De protect. cens. c. fin. n. 10.) c
vol. 1. conf. 12. n. 31. Dn. Lyncker. Decatastris c. 3. §.
& adhærentes non fiant subditi, Klock. conf. 37. n.
dus Protectorium jus superioritatis inferat,
Reichs vogten p. 417. & 489. & ibi. all. Mag. de
& c. 3. n. 401. Böcler. in not. S. R. J. L. 16. c. 3. §. 3. & C
quidem plenariis subditis æquiparentur, in oneri
minationem non teneantur, Dn. Stryk. all. l. n. 134.
tibus in vito Protectore Jus Protectionis excutere li
dum videtur, si pro Protectione certus census
cum jus Protectori semel ex contractu quæsitur
nequeat: Se. u. vero, si gratuita sit protectio, ub
renunciare utiqve poterunt, cum Protectoris ho
vid. omn. Mantz. Dec. Pal. Qu. 18. n. 5. & 34.

the scale towards document

957.
177
6. Vol.
bitra-
lientes
apud
tentes
eri &
& ali-
terr.
n. 17.
entia,
Rever-
r. Re
torem
ntagi-
as. ad-
i Pro-
Clie-
teseb.
xcipit
Klock.
derati
c. tæ-
on deâ
n. 439.
modis
deser-
Clie-
neg an-
etur,
uferri
avori
erlit,
S. 10.